Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 661
Quelle:
Copyright:

V. *fol.* 66. p. 2. *Excarsum De Libro Beati Johannis Constantinopolitani Episcopi Quem Scripsit de Reparatione Lapsi.* Initium: *Quia ualde magnum bonum est fratres nostri karissimi non solum sua propria sed et aliorum — deflere peccata.*

VI. *fol.* 68. p. 2. *De Reparatione Lapsi Gregorius Secundino Seruo Dei Incluso.* Initium: *Dilectissimo filio — dilectionis tuae litteras suscepi. que in meo sensu amoris melle condita sapuerunt* &c. Excerptum ex *Epistola L.* IX. 52. edit. *Opp.* T. II. *Paris. 1705. col.* 964. f.

VII. *fol.* 71. *Item Isidorus De Reparatione Lapsi.* Excerptum *Epistolae* scriptae *Massano, Masseno, Masoni*, nobis *Mansumi* Episcopo, quae in Edit. *Opp. Paris.* 1601. p. 352. habetur, et *Codici* nostro conferri meretur. Ita post verba: *fraternitas tua nobis innotuit*, Noster ita continuat: *Nulla est in huius modi sententiis decretorum diuersitas intelligenda. quod alibi legitur. in lapsu corporali* &c. Ita Edita mox: *satisfactio vel — confessio.* Noster: *et confessio.* Edita: *ut portet ignominiam — reuocari secundum Prophetam* &c. Noster interserit: *id est debonorationem nominis siue dignitatis. Ergo dum quisque post opera confessionis* (confusionis?) *suae confunditur. atque ignominiam depositionis suae lugens cum humilitate portauerit reuocari* &c. Edita: *qui confessus fuerit*, Noster: *qui conuersus.* Et alia minutiora. In verbis: *siue pristinę dignitatis recipiet meritum*, abrumpitur Excerptum.

VIII. *fol.* 74. *De Libro Sancti Johannis Constantinopolitani In Euangelio Mathei. Ne Nimis Crudelis Sit Sacerdos In Judicio Aliorum.* Initium: *Alligant autem onera grauia et inportabilia* &c. Sumtum ex *Homilia* XLIII. *Operis imperf. in Matth.* edit. *Montefalc.* T. VI. p. CLXXXIII. Ex eodem Opere adhaerent etiam alia fragmenta. Postremum est quaedam pro *Virginibus* ad Deum Deprecatio, alia manu et quidem antiquiore exaratum.

CCXIII. VII. H. 39.

Codex membraneus lat. Sec. 717 XV. Folior. 212. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus complectitur: I. *Commentaria in Evangelium Matthaei* falso a quibusdam olim *Johanni Chrysost.* inscripta, et T. VI. *Opp.* mox dicti Patris edit. *Maur.* addita. In *Cod.* praesenti absque ulla inscriptione ineunt: *Sicut referunt Matheum conscribere ewangelium* &c. Divisio hic in *Homilias* nulla. Sola Evangelistae *Capita* indicantur. Post verba in Caput VIII. *quia nec apostoli tantam fidem habuerunt*, monet Rubrica: *Explicit prima pars vbi notandum. quod hec prima pars huius voluminis non est integra. Deficit enim ab hoc loco scilicet.* Non inueni tantam fidem in israhel *vsque illud scilicet a capitulo VIII vsque ad XIX.* Sic et pater meus. *Incipit secunda pars scilicet a de-*